

Johannes, Sohn Hartmanns, genannt von Grimma, erlöst den Augustinern den von diesen jährlich an ihn von dem Platze des Klostergebäudes zu entrichtenden Zins von 1 Schilling. Grimma, 1301.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1688. Das S. an Pergamentstreifen ist abgefüllen.

In nomine domini amen. Ne labatur cum tempore —. Nos igitur . . Iohannes 5
filius Hartmanni dicti de Grimmis pie memorie horribilem supremi iudicis sententiam
piorum operum exhibicione videlicet elemosinarum largicione seu oracionum devocione
religiosorum virorum nec non omnium bonorum eorundem participacione prevenire cu-
pientes, que in ordine beati Augustini per fratres eiusdem ordinis operabitur clemencia
salvatoris, presentibus recognoscimus omnibus^{a)} quam futuris hanc litteram inspecturis 10
publice protestantes, quod nos venerabiles fratres heremitarum ordinis sancti Augustini
in Grimmis nobis dilectos in Christo ab omni iure censuali videlicet unius solidi Grim-
mensis monete singulis annis nobis persolvendi racione arcarum claustrum predictorum
fratrum in Grimmis, quo nos et pueros seu heredes nostros respiciunt, cum consensu Fri-
derici fratris nostri seu heredum nostrorum eximimus penitus ipsos ab huiusmodi censu 15
liberos profitentes et in remedium anime nostre nec non Hartmanni patris nostri cetero-
rumque omnium parentum nostrorum predictos fratres sancti Augustini a persolucione^{b)}
predicti census absolvimus et perpetuo facimus absolutos. Ne igitur alicui heredum nostro-
rum super huiusmodi gracia predictis fratribus per nos facta in posterum dubitacionis
materia oriatur, presentem litteram honorabilium virorum civium in Grimmis sigillo duxi- 20
mus roborandam. Acta sunt hec sub anno domini m^o ccc^o i^o. Datum in Grimmis pre-
sentibus infra scriptis . . magistro civium Theoderico de Bork, Henrico Divite, Petro
Rosenlechero, Friderico Bruteno, Theoderico de Gradibus, Ebirhardo Nimuth, Gerhardo
dicto Plewennere, Walthero de Pomizin et aliis civibus quam pluribus fide dignis, qui
huiusmodi negocii, si necessitas ingruerit, erunt testes. 25

*Papst Bonifacius VIII. nimmt das Augustinerkloster in seinen und des h. Petrus besonderen Schutz.
[Rom] Lateran, 1302 Apr. 5.*

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1701. Die Bulle (vergl. Diekamp a. a. O. 535) an Fäden von
rother und gelber Seide.*

Gebr.: Dresdener gelehrte Anzeigen a. a. O. 123 f. Dippoldt Landschule zu Grimme 8 f.

‡ Bonifacius † episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . priori et fratribus
domus heremitarum in Grimmis ordinis sancti Augustini † Merseburgensis^{a)} diocesis salu-
tem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur —. Eapropter, dilecti in domino
filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum, 35
in quo divino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter

167. a) Hier ist wohl tam presentibus einzufügen. b) persolucione; das a ist durch Interpunktieren getilgt.

168. a) Merse in Mersoburgensis von derselben Hand mit schwärzerer Tinte auf Rasur.